

## CODEX CATULLI BONONIENSIS 2621 CVM APPARATV ELLISIANO MINORE COLLATVS


Catulli codicem Bononiensem 2621 solus fere ex editoribus Robinson Ellis et magni fecit et in apparatu editionum suarum constituendo adhibuit; optimo quidem iure cum optimis libris aequavit, — quod ut perspicere posset, codicem totum, Bononiensis Academiae iussu, descripsi ac nuper typhothetis mandavi; — summa uero absolutaque diligentia suo munere functum Ellisium non dixerim, quamquam uir fuit praeclare de Catullo meritus, qui in editione Oxoniensi minore (1906) trecentas fere Bononiensis lectiones memoret, nimis multas autem minus recte legerit aut festinanter descripserit. Ellisiana igitur errata minoris editionis praecipua (omnia quae quidem uidi utriusque editionis in appendice editionis meae enumeravi) ita proponam, ut ipsis apparatus uerbis ueriores codicis lectiones subiciam. Notis codicum Ellis his utitur: a = Mus. Brit. Add. Mss. 11915 a. 1460; A = Ambrosianus M 38 s. XV; B = Bononiensis bibl. Vniuers. 2621 a. 1412; C = Colbertinus Paris. 8234 s. XV; D = Datanus Berolinensis Diez. B. Santen. 37 a. 1463; G = Sangermanensis Paris. 14137 a. 1375; h = Mus. Brit. Harleianus 2574 s. XV; h<sup>2</sup> = Mus. Brit. Harleianus 4094 s. XV; La<sup>1</sup> = Laurentianus XXXIII 13 s. XV; O = Oxoniensis Bodleianus Canonicianus Lat. 30 s. XIV ex.; R = Romanus Vat. Ottobonianus 1829 s. XV in.; Ven = Venetus Marc. XII 80 s. XIV ex.; Ω = consensus codicum GORVenBLa<sup>1</sup>AC „ubi omnes uel uno alteroue excepto conspirant“.

I 1 *Qui* ADh . . . : *cui* GO (non *qui*) RBCLa<sup>1</sup> || Prima littera omissa, quam postea rubrica pingeret, m1 *Voi* uidetur scripsisse: certe exstat suo loco apex *i* litterae; continuo erasit, *Vi* in litura scripsit, *V* paulo latiore.

X 8 *aere* a: *here* GOLa<sup>1</sup>ACD: *hēre* (= *habere*) Bh || *habere*.

X 9 *neque in ipsis* (suprascr. *al. neque ipsis n*) G: *neque nec in ipsis* OBCLa<sup>1</sup>: *nec in ipsis al. neque ipsis* R || *neque nec in ipsis al. ipsis*. Voluit *al. neque ipsis*, cf. R *neque nec in ipsis*, R m2 *supra al. neque ipsis*.

XI 11 *horribiles* DGOh<sup>2</sup>: *horribiles* RVenACBLa<sup>1</sup> || *horribiles*.



XVII 19 *superata* Ω: *separata* BLa<sup>1</sup> || *p* decussata in *separata*, quae et *per* et *par* esse potest.

XXV 2 *moricilla* GBDA: *moricula* OACLa<sup>1</sup>: *moricula al. moricilla* RVen || *moricula al. moricilla*.

XXXIII 4 *uoratiore al. uolantiore* GRVen: *uolantiore* AC: *uoratori al. uolantiori* B || *uoratiore al. uolantiore*.

XLI 1 *A mean a* O: *A me an a* GRBVen || *A me an uel Ame an*, cum primae quaeque uersuum litterae diiuncte scribantur (ut u. 2 *T ota*, 3 *I sta*); praeterea *a* cum *puella*, *apuella*.

XLIV 20 *Sectio* GOLa<sup>1</sup>: *sectio al. sestio* Ven: *sextio* Ba || *sectio* m1, *c* in *x* m2.

XLV 22 *sy(i O)riasque* GORVenBLa<sup>1</sup> || *siriasque*.

XLVI 3 *aureis* GOVen: *aureis* RBC || *aureis* m1, *e* expunxit m. rec.

LI 5 *misero quod* G ex corr., ACA: *miseroque* ORB (m. pr.) La<sup>h</sup>: *miseroque al. quod* Ven || Litura supra et post *q*, ut m1 *quam* per compendium scripsisse uideatur; m. rec. *quod* per compendium ex *q* primae manus.

LI 10 *flamina* GORVen B m. pr. || *Flaminat*, *t* erasa.

LXI *IVNIE (VINIE A: IVLIE BLa<sup>1</sup>)* || *IVLIAE*.

LXII 11 in marg. *puelle* GRBVen || Fuit fortasse in margine ad u. 6 *Puellae*, ad u. 11 *Viri*, utrumque erasum; *Puellae* seruatum est in margine ad uu. 20, 32, 39.

LXII 26 in marg. *Iuuenes* GRBVen || *Iuuenes* uix legitur, certe scripsit m. rec.

LXII 49 in marg. *Iuuenes* GRVenB || In margine scriptum est nihil.

LXIII 9 *cybel<sup>l</sup>es* B || Et hic *cybeles* et u. 84 *cibele* scripsit per unam *l*, alteram in utroque loco manus recentiores addiderunt.

LXIV 22 *seculorum* GORB: *seculorum* R || *sedorum (d ex cl)*.

LXIV 77 *androgeneę* B || *androgenee*.

LXIV 80 *uersarentur* (suprascr. *x*) B || *x* scripsit m. rec.

LXIV 178 *γ(i Ven)doneos ne al. idmoneos* GRVen: *idoneos ne* OBLa<sup>1</sup> || *idoneos ne al. idmoneos*.

LXIV 285 *penies al. os (-ies* suprascr. *o* RB) GRBVen: *penies* OACLa<sup>1</sup> || *penies* m1, *i* expunxit *o* supra scripsit m. rec., ut *peneos* significaret.

LXV 14 *Dauilas* B Laurentiani: *Bauila* mox *-las* G: *Bauilla* O: *Baiula al. Dauilas* R || *Dauilas al. Bauilas* (aut *-iu-*).

LXVI 2 *obitus* Da . . . : *bitus* B m. pr.: *habitus* Ω || *hitus* m1, *h* grandiore delineaui, ut lineola secaret, qua secta *h* littera *hab* legeretur, tum lineolam omisit; m. rec. *h* in *b* mutauit, *o* praeposuit.

LXVI 5 *sublamia* Ba . . . : *sublamina* O: *sublimia al. sublamia al. sublimina* (suprascr. *a*) RVen: *sublimia* G et plerique || *sublimia* m1, *i* in *a* m. rec., eadem *sub lamia* diuisit.

LXVII 31 *hoc se dicit* Da: *se dicit* om. *hoc* G: *hoc dicit se* Oh: *se dicit hoc* BCA Laurentiani || *sed* (per notam) *dicit hoc*.

LXVIII 30 *mali* Ω, nisi quod B habet *māli*: *manli* hp || *mali* m1, lineolam supra *a* addidit m. rec.

LXVIII 38 *ingenuo* Aha . . . et B nondum mutatus: *ingenio* GORVen et plerique || *ingenuo al. ingenuo*: scilicet *ingenio* in exemplo legit, *ingenuo* perperam scripsit, uariam lectionem erroris inscius adiecit.

LXVIII 72 *inixsa* La<sup>1</sup>: *innixssa* B: *inixa* O . . . || *Inixsa* m1, *I-* in *i* m2, eadem *s* expunxit.

LXVIII 91 *que uetet* (*uectet* La<sup>1</sup> et B, sed hic altera *t* producta in speciem *r*) *id* Ω || Brachium *t* litterae longius producere solet in extremis uocabulis, ut u. 108 *detulerat* et sexcentis locis.

LXIX 8 *nec qui cum* Ba: *nec cui cum* GORVenh || *nec cui cum* m1, *cui* in *qui* m. rec.

LXXIV 1 *Lelius al. Gellius* RVen: . . . *Lelius* GCDB Laurentiani || *Lelius al. gellius*.

LXXVII 4 *si* GOCAh: *sic* Da: *si al. mi* RVen: *mi* B Laurentiani || *Mi* m1 in litura.

LXXVII 5—6 *heu heu* CDaVen: *he heu* G: *heu heu* R: *heu* OBLa<sup>1</sup>h || *heu* u. 5, *heu heu* u. 6.

LXXVII<sup>b</sup> 10 *famuloque tanus* (*tanus al. tenus* RVen, *canus* G, *tenus* B) codd. || *famulo que tanus*.

XCV 5—6 *Zinirna* GOR m. pr. B Laurentiani: *Zmirna* ACVen || *Çinirna* u. 5, *Smirna* u. 6.

C 2 *ueron.* GVenDa: *treron. al. ueron.* RB: *treron.* OC La<sup>1</sup> || *trenorensium al. ueronensum*; cf. *ueronensium al. trenorensium* Ven.

CXIV 1 *saluis* GOha Laurentiani: *salius* CABD: *salius* an *saluis* sit in R non dispexi || *salius* aut *saluis* m1, nullo apice supra scripto; m. rec. punctum (cum m1 apicibus *i* litteras notet) supra primam ex tribus hastis posuit.